







1773, 18<sup>b</sup> 131  
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE EO  
QVOD IVSTVM EST

CIRCA

DELATIONEM IVRAMENTI  
LITIS DECISORII TAM SECVNDVM IVS  
COMMVNE QVAM SECVNDVM STATVT.

FRANCOFVRTENS.

P. I. Tit. XXXIX.

239.

---

QVAM  
INDVLTV ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
IN ALMA LVDOVICIANA  
PRAESIDE

D. IO. CHRISTOPHORO KOCH

SEREN. HASSIAE LANDGR. A CONSILIIIS INTIMIS  
ACADEMIAE PROCANCELLARIO ANTECESS. IUR. PRIM.

ET COM. PAL. CAES.

PRO  
GRADV DOCTORIS  
RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDO

AD DIEM APRILIS CIOIÖCCLXXXIII.

H. L. Q. C.

PVBLICE PROCERVVM ACADEMIAE DISQVISIONI

PROPONIT

AVCTOR

FRANCISCVS SIEGLER

MOENO - FRANCOFVRTANVS.

---

Giffae typis IOANNIS IACOBI BRAVNII, Acad. Typogr.  
recufa MDCCLXXXII.







SACRI ROMANI IMPERII  
LIBERAE REIPUBLICAE MOENO-FRANCOFVRTENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO AC AMPLISSIMO,  
VIRIS

PERILLVSTRI BV S MAGNIFICIS GENEROSISSIMIS  
CONSVLTISSIMIS PRAENOBILISSIMIS  
GRAVISSIMIS

DOMINIS  
PRAETORI  
CONSVLIBVS  
SCABINIS  
SYNDICIS  
SENATORIBVS

ET  
NOVEM EX IISDEM  
QVI  
AVGVSTISSIMI IMPERATORIS  
CONSILIARII ACTVALES  
SVNT

DOMINIS PATRONIS AC MAECENATIBVS  
PERQVAM INDVLGENTISSIMIS



HOC  
SPECIMEN INAUGURALE  
CVM PERPETVIS FELICITATIS  
OMNIGENAE PRECIBVS  
EA QVA PAR EST PIETATE  
AC OBSERVANTIA  
DAT DEDICAT ATQVE VOVET

TANTORVM NOMINVM

CULTOR OBSERVANTISSIMVS  
FRANCISCVS SIEGLER,





## PRAELIMINARIA.

### §. I.

QVID SIT IVRAMENTVM EIVSQVE DELATIO?




**I**uramentum est inuocatio Dei in testem  
& vindicem mendacii & perfidiae.  
Et hoc deferre idem est, ac aliquem  
ad iusiurandum prouocare, & qua-  
si necessitatem iurandi ipsi facere a). In quas itaque  
species iuramentum diuidi potest, in easdem & eius  
delationem abire posse, demonstratione non indiget.

a) Perill. DARIESI<sup>II</sup> Institutiones Iurisprud. priuatae roma-  
no germanicae P. II. Sect. I. cap. XI. §. 1156. ECK-  
HOLT in tr. compend. pand. ad L. XII. Tit. 2. §. 13.  
STRYK in tr. de caut. iuram. P. III. Sect. II. num. 3.

A

§. II.





## §. II.

IVRAMENTA DIVIDVNTVR IN PROMISSORIA ET AS-  
 SERTORIA, ET HAEC IN NVDA ASSERTORIA ET LI-  
 TIS DECISORIA TAM IN GENERE QVAM IN  
 SPECIE TALIA.

Cum itaque iuramentum fit inuocatio Dei tan-  
 quam testis de veritate dicti, (§. antec.) sequitur,  
 vt omni iuramento aliquid confirmetur, nempe ve-  
 ritas *dicti*. Et ex hoc omnes iuramenti species  
 originem trahunt. Nam hoc *dictum* aut est pro-  
 missio quaedam aut nudum dictum. Si illud, iu-  
 ramentum, quo promissio confirmatur, erit PRO-  
 MISSORIVM; si hoc, si scilicet aliud nudum di-  
 ctum confirmatur iuramento, iuramentum dicitur  
 ASSERTORIVM. Quemadmodum vero hoc, aut  
 extra casum litis praestatur, aut litem quandam  
 concernit; ita vel NVDV M ASSERTORIVM, vel LI-  
 TIS DECISORIVM IN GENERE nominatur. Hoc  
 autem *iuramento litis decisorio in sensu generali sum-*  
*to* lis deciditur vel *directo* vel per *indirectum b)*:  
 quod si liti *directo* finem facit, tunc iuramentum  
 vocatur LITIS DECISORIVM in significato magis  
 proprio. Et in hoc significato vsi sumus hoc ter-  
 mino in rubro dissertationis nostrae.

b) Huc pertinet iuramentum DANDORVM & RESPONDEN-  
 DORVM *Ge. Grid. SCHVSTER* *diff. de iuramento dan-*  
*dorum*




dorum & respondendorum Lips. 1691. CALUMNIAE & MALITIAE Io. Ernst FLOERKE de iuramento calumniae Ien. 1731. Io. Frid. HAMMERER de iuramento calumniae Arg. 1713. PERHORRESCENTIAE; Frid. Vlv. PESTEL de vsu iurisiurandi perhorrescentiae Rint. 1737. MANIFESTATIONIS; Io. Henr. CONRADI de iuram. manifestationis Marb. 1731. Ant. Phil. GLOCK de iuram. manifestationis Argent. 1717. & quae sunt reliqua.

### §. III.

#### IN VOLUNTARIUM, IUDICIALE ET NECESSARIUM.

Hoc autem, scilicet iuramentum litis decisorium in significato magis proprio, deferri potest vel a parte parti, vel a iudice parti. Priori casu iuramenti litis decisorii VOLUNTARIUM in genere nomine venit, posteriori vero NECESSARIUM. Illud igitur vel in iudicio, vel extra iudicium: Si prius, iuramentum litis decisorium voluntarium IUDICIALE s. simpliciter iuramentum iudiciale s. litis decisorium in specie c); Sin posterius EXTRA IUDICIALE seu VOLUNTARIUM IN SPECIE d) nominatur. Hinc patet, nos in explicanda rubrica tituli D. de iurando siue voluntario, siue necessario, siue iudiciali sequi Ictos Latinos. Hi enim fere omnes, in Germania certe, sub necessario intelligunt suppletorium & purgatorium: sub iudiciali vero id, quod  
pars





pars parti in iudicto defert. Graeci contra suppletorium & purgatorium vocant *iudiciale*; & id, quod pars parti in iudicio defert, *necessarium e*).

c) *Ier. Eberh. LINCK* *diff. in quibus causis & quando iuramentum iudiciale deferri possit.* Arg. 1732. *Io. Ioach. SCHOEPPFER* *de iuramento iudicali sine probatione delato.* Rost. 1704. *Gerhard. Caspar. SOLLINGH* *diff. de iuramento litis decisorio iudicali.* Duisburgi 1727. Caeterum hoc iuramentum, a DD. pragmaticis plerumque *litis decisorium in specie* vocatur. vid. STRYK in *tr. de caut. iuram.* P. III. Sect. II. n. 1. & 2. NABVIVS in *diff. de iuramentis* cap. 1. §. 3.

d) *Io. Sam. STRYK* *diff. de eo quod iustum est circa iuramenta extraiudicialia.* Hal. 1701.


e) *conf. HEINECCIUS* in *Elem. iur. ciuil. sec. ord. Pand.* Lib. XII. tit. 2. §. 22. \* *HVBERVS* in *Prael. ad Pand.* eod. tit. §. 6.

#### §. IV.

NECESARIUM IURAMENTUM DIVIDITUR IN SUPPLETORIUM ET PURGATORIUM ET LITIS DECISORIVM IN SENSU SPECIALISSIMO.

Iuramentum necessarium Iudex vni ex partibus litigantibus defert, (§. antec.) & quidem deficiente probatione plena. Hoc autem *triplici modo* contingere potest. Etenim si illi, pro qua militat probatio femiplena, defertur, *suppletorium*; si illi con-





contra quam probatio semiplena minor militat, ad hanc elidendam defertur, *purgatorium*; si vero in casu, ubi pro utraque parte militant praesumptiones & graua indicia, quae tamen semiplenam probationem haud efficiunt, resque tota utrinque ad solas praesumptiones redit, vni ex partibus litigantibus in hoc dubio statu defertur, *decisorium in sensu specialissimo*. Huius iuramenti, plerisque incogniti, existentiam nomen & naturam infra Cap. V. latius deducam.

*Schol.* Sumo hic probationem in eo ambitu, quo & *reprobationem* complectitur. conf. Cap. III. & V.

§. V.



OBJECTVM DISSERTATIONIS MAGIS DETERMINATVR ET IN CAPITA DIVIDITVR.

Quum pro summis in iure honoribus obtinendis specimen inaugurale confecturus, varias materias, in quibus ius patrium a iure romano varie recedit, animo perlustrarem, haec mihi prae aliis placuit, partim quia res est quotidiani usus, partim quia haec doctrina, secundum ius patrium considerata, peculiari libello nondum pertractata est. Agam igitur Cap. I. de *delatione iuramenti voluntarii*. Cap. II. de *delatione iuramenti iudicialis*. Cap. III. de *delatione iuramenti necessarii suppletorii*. Cap. IV. de *delatione iuramenti necessarii purgatorii*. Cap. V. de *delatione iuramenti necessarii decisorii*. Vbiq; vero praecipue eo telius nostri laboris finis dirigitur, vt sancita iuris patrii enucleemus atque repraesentemus.

B

CAP.





## CAPVT PRIMVM


### DE EO QVOD IVSTVM EST CIRCA DELATIONEM IVRAMENTI VO- LVNTARIII S. EXTRAIVDI- CIALIS.

#### §. VI.

IVRISIVRANDI EXTRAIVDICIALIS DELATIO AEQVI-  
TATI NATVRALI CONVENIT.

Quod itaque iuramentum litis decisorium volun-  
tarium s. extraiudiciale attinet, defertur hoc  
intuitu litis vel imminentis, vel iamiam in iudicio  
pendentis a parte parti extra iudicium. Ratio hu-  
ius iuramenti potest esse diuersa. Quandoque enim  
feri potest, vt homines, quibus lis quaedam im-  
minet, aut inter quos talis iam existit, partim mo-  
lestiae causa, quam lites generare solent, partim  
sumtum necessariorum, saepe immensorum, euitan-  
dorum gratia, omnia remedia circumspeciant, qui-  
bus tales molestias sumtusque euitare possunt. Igi-  
tur vel transactiones solent inire ex paroemia nem-  
pe Germanorum: *Es ist besser ein magerer Vergleich,*  
*denn ein feistes Urtheil; seu: Wer will hadern um*  
*ein Schwein, der nehm eine Wurst und laß es seyn;*  
seu:





feu: *Es ist besser ein halbes Ey als eine leere Schaale f)* vel paciscuntur, vt vnus ex iis facti dubii seu litigiosi cuiusdam veritatem aut falsitatem iuramento confirmet. Et hoc remedium, quo lites sine omnibus molestiis & sumptibus reprimi aut finiri possunt, aequitati naturali, quae lites haud amat, apprime consentaneum esse, inter omnes constat. Nam si litigantibus permissum est, lites suas per transactiones componere, quibus de praetensionibus vtrinque factis aliquid remittunt, etiam eorum libertati relictum esse oportet, sibi inuicem iuramentum de veritate aut falsitate facti dubii aut litigiosi deferendi, cum omnino licitum sit, de iure suo & sine iuramento desistendi. Inde altera paroemia: *Der Eyd ist ein Ende aller Haders*, quae tam in sacra scriptura, g) quam in iure romano h) & canonico\*) fundata est, omnibusque temporibus apud omnes populos obtinuit i), quippe qui iuramentis in decidendis litibus saepissime vti sunt.

f) vid. *Io. Frid. EISENHARD* Grundsätze der teutschen Rechte in Sprüchwoertern. p. 466. sqq.

g) Hebr. VI. 12.

b) §. 11. I. de action. L. 34. §. vlt. D. de iureiur. L. 13. C. de iudic.

\*) c. 26. X. de iureiur.

i) GROTIVS de I. B. & P. L. II. Cap. XIII. n. 13.



## §. VII.

IDEOQUE IN IVRE ROMANO CONCESSA.

Et ob hanc naturalem aequitatem, & ob commodum, quod ex tali iuramento in partes redundat, etiam leges romanae hoc iuramentum admiserunt *k*).

*k*) L. 1. & 17. pr. L. 28. §. f. D. de iureiur. L. 2. §. 8. C. de iureiur. propt. cal. §. 11. I. de action.

## §. VIII.

VTRVM MORIBVS SIT SVBLATVM?


ICti *Belgici* plerumque docent, non amplius licere extraiudiciale hoc iuramentum alteri deferre, sed moribus illud esse sublatum *l*). Sed rectius cum ICTis *nostris*, usum illius in *Germania* adhuc integrum esse, defendimus, quamvis id negare nequeamus, quod parcius adhiberi, rariusque casus occurrere soleat *m*).

*l*) GROENEWEGEN in tr. de Leg. abrog. ad L. 15. & 28 D. de iureiur. *van LEEVWEN* in cens. forensi P. II. Lib. II. c. 29. n. 32. VOETIVS in Comment. ad Pand. tit. de iureiur. §. 31. SOELLINGH in cit. diss. §. 8. sq.

*m*) STRYK VI. mod. Lib. XII. Tit. II. §. 3. BOEHMER in tr. de act. Sect. II. c. 7. §. 35. BERGER in Oec. Iur. Lib. IV. Tit. 25. §. 5. n. 1. SCHOEN in system. iur. ciuil. Mencken. Tit. eod. §. 29. KNORR in diss. de vsu practico doctrinae iur. rom. de praetore & iudice Pedanco, cap. 2. §. 21.

§. IX.





## §. IX.


VTRVM FRANCOEVRTI VALEAT?

Hanc iuramenti litis decisorii speciem & in patria mea haud reprobata esse, ideo dubitari non potest, quia Reformatio de anno 1509. iuramenti voluntarii s. extraiudicialis expressis verbis mentionem facit: *Wiewohl im rechten mannicherley Eyd erfunden wird, sovil doch in gemeinen Laeffen der gericht geübt wird, so ist zu wissen, daß dreyerley Eyde, so den Krieg endet im rechten erfunden wirt, nemlich VOLVNTARIVM, IVDICIALE, & NECESSARIVM. Das erst iurament VOLVNTARIVM ist, das das Usgeding oder Uberkommunge der Partheyen, so im Krieg hangen, usserhalb des rechtens, gestatt wirdet n).* Quamuis autem hic locus in noua editione non reperiatur, sed omissus in ea sit, nusquam tamen in Reformatione noua hoc iuramentum reprobatum & sublatum est. Igitur cum in omnibus casibus, in quibus leges statutariae nil speciale disponunt, iuri communi locus sit o); sequitur, vt & quaestio: an iuramentum extra iudicium super factum dubium aut litigiosum in patria mea hodie adhuc deferri possit? ex iure communi definienda sit p).

n) fol. 17. §. 4. & 5.

o) vid. Edictum de facta publicatione Reformationis nostrae, quod Editioni nouissimae de anno 1611. praemissum est, vbi: *Als haben wir -- unsere alte Reformation wieder-*





um fürgenommen, dieselbig -- aus obberührten unserm Statutenbuch, den Keyserlichen Rechten, unsern habenden Freyheiten und wohlbergebrachten Gebrauehen nach zu ergaenzen.

- p) conf. Illust. Dominus ORTHIVS noster in seinen Anmaerk. zur Franckf. Reform. IVte Fortsez, p. 55. & passim.

§. X.

QVID CIRCA HOC IVRAMENTVM LEGES DIS-  
PONANT.

Caeterum hoc iuramentum pleraque cum *iudiciali* communia habet, nisi quod referri nequeat q). Datur vero illi, qui secundum conditionem delatam iuravit, vel actio vel exceptio in factum ex iureiurando r): prout *actor* iuravit aut *reus*. Actio tamen illa ex iureiurando data priorem actionem non tollit, sed cum illa electiue concurrat s). Quae omnia in patria mea, casu eueniente, applicanda quoque esse, dubio omni caret.

q) L. 17. D. de iureiur.

r) L. 9. §. 1. L. 28. §. fin. D. L. 8. C. de iureiur. §. 11.  
I. de action.

s) L. 30. D. de iureiur.



CAPVT



CAPVT SECVNDVM  
DE EO QVOD IVSTVM EST CIRCA  
DELATIONEM IVRAMENTI  
IVDICIALIS.

---


§. XI.

IVRAMENTVM IVDICIALE VEL AB ACTORE VEL  
A REO DEFERTVR.

Transeamus nunc ad iuramentum iudiciale (§. III.) quod pars parti probationis causa in iudicio defert, iudice approbante; singularia, quae ius patrium de illo habet, exposituri: siquidem animus nobis non est, integrum tractatum scribere, centiesque dicta repetere. Mittam igitur ea, in quibus *statuta nostra cum iure communi amice conspirant*, remittoque Lectores ad notissimos de iuramento scriptores & praesertim ad egregiam doctissimamque Viri Ill. Geo. Ludou. BOEHMERI, Praeceptoris mei ad cineres venerandi, *diff. de auctoritate Iudicis circa iuramentum in iudicio delatum relatumque*, Goettingae nuper habitam. Caeterum per se patet, id deferri vel ab *actore* ad probandam actionis suae intentionem, vel a *reo* ad euincendam exceptionis veritatem.

§. XII.






## §. XII.

VTRVM IUSIVRANDVM AB ILLO QVI NVLLVM PLANE  
NEC VEROSIMILE QVIDEM ARGVMENTVM PRO SE  
HABET DEFERRI POSSIT? DISQVIRITVR I. SE-  
CVNDVM IVS NATVRAE.

Vetus est controuersia, in vtramque partem disputata, num is, qui nullum plane, nec verosimile quidem, argumentum pro se habet, aduersario iurandi conditionem in iudicio deferre possit? Nec pauca, nec exigua sunt argumenta *t*) eorum, qui hanc quaestionem negant. Verum, vtut speciosa haec sint, contrariam tamen sententiam a plurimis Doctoribus *u*) euidam, & aequitati naturali, & legibus ciuilibus magis conformem esse, arbitror. Spectemus primo rem ex lumine rationis. Si quis ad aliquid faciendum obligatus est, ei etiam ius esse oportet ad media, quibus obligationi suae satisfacere potest. Hoc iuri naturali conuenit. Si ergo is, qui praetensionem suam in facto fundat, ad eius probationem obligatus est, ei ius competere debet ad omnes actus, quibus iudici de veritate facti illius fides fieri potest. Ponamus vero casum, quod probatio haec nec per testes, nec per documenta seu instrumenta, nec per ratiocinia, nec per praesumptiones, nec per alia media, partim ex defectu harum probationi specierum, partim ex inopia sumtuum, qui ad eas requiruntur, possibilis sit, nonne sequeretur, vt





vt talis, si delatio iurisiurandi non permiffa effet, omni remedio hoc in cafu deftitutus effet, quibus iudici de facto probando fidem facere poffet, ad quod tamen a legibus adstringitur. Et inde iniquum & maxime durum illud flueret, illum, fine omni fua culpa, iuftiffimam perditurum effe caufam. Quotiesne vero hic cafus euenit, vt factum quoddam ex defectu teftium aut documentorum aliarumque praefumptionum, vel ex inopia fumtuum, faepius immenforum, probari nequeat?

- r) Haec quoad maximam partem collegit fimulque refutauit VINNIUS in felectis iur. quaest. Lib. I. c. 42. Vid. etiam COCCEII in iur. controu. Lib. XII. tit. 2. quaest. 24. & Melch. Dethmar. GROLLMANN in diff. de recufatione iuramenti iudicialis §. 14.
- u) GROLLMANN in cit. diff. §. 14. ibique Doctores alleg. COCCEII in iur. controu. l. cit. STRYK in tr. de caut. iuram. P. II. Sect. I. cap. 3. n. 266. fqq. Io. PHILIPPI in Considerat. Iurid. in nouam ordinat. Proceff. Saxon. Tit. XVIII. Conf. I. n. 1. & 2. NAEVIUS diff. de iuramento super caufa famosa delato. cap. I. §. 3. LEYSER in medit. ad Pand. Sp. 135. m. 5. aliique.

### §. XIII.


#### II. SECVNDVM IVS ROMANVM.

Et hac ex ratione, ex aequitate defumta, ius ciuile, cuius fundamentum est ius naturale, fine omni dubio delationem iurisiurandi in iudicio permiffit,

C


etiam





etiam in casu, si a deferente antea nil probatum fuerit. Ita enim legimus: quod omnibus probationibus aliis deficientibus, iusiurandum deferens audiendus sit x); Et in bonae fidei contractibus, nec non in caeteris causis, inopia probationum, per iudicem iureiurando, causa cognita, res decidi oporteat y). Porro: quod licentia danda creditoribus seu legatariis vel fideicommissariis, si maiorem putauerint esse substantiam a defuncto derelictam, quam heres inuentario scripsit, quibus voluerint legitimis modis, quod superfluum est approbare, vel per tormenta --- vel per sacramentum illius, si aliae probationes defecerint z). Et quamuis ex his locis concludendum esset, delationem iuramenti iudicialis locum non habere, nisi in casu, si aliae probationes deficerent; tamen & in aliis legibus expressis verbis disponitur: quod in omnibus visionibus --- licentia concedenda sit ei, cui onus probationis incumbit, aduersario suo de rei veritate iusiurandum inferre, --- vt iudex iuramenti fidem secutus ita suam sententiam possit formare, iure reuerendae religionis ei seruando a); Porro: quod is, a quo iuramentum petetur, soluere, aut iurare a praetore cogatur b); quippe ex quibus textibus dilucide apparet, plane in arbitrio eius esse, cui probatio incumbit, an in probando facto litigioso, sacramento, an aliis probationibus uti velit c). Res cum ita sit, vt scilicet secundum ius ciuile, in iudicio iusiurandum & in casu, in quo aliae probationes deficiunt, & in casu, in quo





quo ei, cui probatio incumbit, conuenientius est, hoc inter alia legitima probandi media eligere, alteri deferri possit; nihil certius est, quam quod in deferendo iuramento iudiciali nulla probatione, nullaque praesumptione pro veritate aut falsitate facti militanti opus sit *d*). Interim me haud fugit, contrariam sententiam a quibusdam magni nominis Iuris defendi *e*).

*x*) L. 35. D. de iureiur.

*y*) L. 3. C. de reb. cred.

*z*) L. 22. §. 10. C. de iure deliber.

*a*) L. 25. §. 3. D. de prob. & praes. Nou. 73. cap. 4.

*b*) L. 34. §. 6. D. de iureiur. L. 9. 11. & 12. C. de reb. cred.

*c*) dissentit LEYSERVS sp. 137. m. 5. sed sine ratione sufficiente.

*d*) Hanc sententiam praeter DD. (§. antec. Lit. u) alleg. & VINNIVM ad dict. §. lit. t. cit. defendunt Altdorsini in Vol. nou. Conf. Responf. XXXI. n. 19. XLIX. n. 1. & Responf. XCI. n. 8: LEYSER sp. 135. m. 5. BOEHMER in cit. diss. BRUNNEMANN in Proc. ciuili c. 23. n. 6.

*e*) COTHMANN Vol. 2. resp. 82. & MEVIUS P. 6. Dec. 405. P. 9. Dec. 78. qui tamen distinctione vitur, nec sibi constans est.

#### §. XIV.


#### III. SECVNDVM IVS FRANCOVRTENSE.

Hoc, quod modo relatam a nobis est, Docto-

C 2

rum





rum diffidium effecit, vt in omnibus statutis & legibus prouincialibus vna eademque recepta & adprobata non sit opinio. Quum sapientissimi Legislatores nostri in conficiendis statutis Francofurtanis omnia consilia praecipue ad determinandos casus a Iureconsultis in dubium vocatos direxerint, illosque deciderint; & hanc litem in Reformatione nostra decisam inuenimus; sic enim legitur: *Nicht allein aber moegen die Scheffen, als Richter, welcher Parthey sie es am besten bedunckt, sonder auch sie die Partheyen selbst, in Mangel der Beweysung, den Eydt einander heymtschieben. Doch da der Klaeger gar nichts bewiesen, noch auch einige ansehnliche oder starcke Vermuthung für sich hette; so ist der Beklagt nicht schuldig, denselben ihme zugeschobenen Eydt anzunehmen, oder auch dem Klaeger zu referiren, und hinwieder heymtschieben, sondern mag den naechsten bitten, sich von fürbrachter Klage zu erledigen. Hett aber der Klaeger seine Klag etlichermassen, doch unvollkommlich, bewiesen; so mag ein Theil dem andern den endtlichen Eydt anbieten, und welcher am ersten solch anbieten thut, so ist der ander Theil, bey Verlust der Sachen, schuldig, den angebotenen Eydt entweder anzunehmen, und zu leyften, oder aber dem Anbieter heymzuweyssen, und so derselbig den ihme heymgewiesenen Eydt nicht leyften wolte, alsdenn soll wider ihnen, und für den andern Theil erkennt werden f).*

f) P. I.



f) P. I. Tit. XXXIX. §. XIII. & XIV. Simile quid sancitum legimus in Ord. Proc. ciuil. Hasso - Darmstadina de anno 1724. p. 42. *Daß das iuramentum litis decisorium anderst nicht, als wann der Deferens einige scheinbahre indicia beygebracht und erwiesen, solche aber weder zum purgatorio, noch suppletorio hinlaenglich seynd, Plaz haben soll.*

§. XV.

PERTINET HAEC SANCTIO NON AD SOLVM ACTO-  
REM SED ET AD REVM.


Statuta nostra in memorato loco nominatim quidem tantum de actore, qui ad probandam actionis suae intentionem reo iurisiurandi conditionem deferre vult, loquuntur, sed causam non video, cur eadem dispositio ex paritate rationis & ad reum, qui super exceptionis suae veritate actori iuramentum deferre vult, proferri non debeat.

§. XVI.

QUANTA PROBATIO PRAEEDERE DEBEAT?

Hanc quaestionem *inter arbitrarias* i. e. quarum specialis determinatio officio iudicis in concreto casu relicta est, referre nullus dubito, & ita praxis etiam servat. Certe ex verbis: *Doch da der Klaeger gar nichts bewiesen, noch auch einige ansehnliche oder starcke Vermuthungen für sich hette*, gradus probationis determinatae colligi nequit, nisi quod in ca-





su praesumptionum leuissimae quaeque non sufficiant. Verba, quae statim sequuntur: *Hett aber der Klæger seine Klag etlichermassen doch unvollkommlich, bewiesen, exacte determinatum sensum itidem non spirant.* Ordinatio quoque Hasso - Darmstadina arbitrio Iudicis rem totam committit, dum requirit: *einige scheinbahre indicia, welche aber weder zum purgatorio, noch suppletorio hinlaenglich sind.* Secundum stylum Curiae vocari solet: *Einen zur Eydes delation grauiren, & distinguitur e. g. inter examen testium in ordine ad grauandum & in ordine ad probandum.*

### §. XVII.

SECUNDVM IVS COMMVNE IVRAMENTVM CALVMNIAE DEFERENS PRAESTARE DEBET NON VERO SECUNDVM IVS FRANCOVRTENSE.

Eum, qui iuramentum iudiciale aduersario detulit, secundum ius romanum antea de calumnia iurare oportere, notissima res est g), cum illo iure & is aduersario iurisiurandi conditionem deferre possit, cuius intentio nullo verosimili argumento praemunita est (§. XIII.). Cum vero requisita, quae secundum statuta nostra adesse debent, si quis iuramentum iudiciale deferre vult, omnem vexandi calumniandique animum remoueat, ideoque ratio illarum legum ciuiliū, quae deferentem ad praestatio-





stationem iuramenti calumniae adstringunt, deficiat, satis patet, cur in foro Francofurtano iuramentum calumniae in hoc casu cesset, adeo, vt deferens ad id praestandum, quamuis petatur, ne cogi quidem possit *h*). In terris vero Darmstadinis, licet similis ibi vigeat dispositio, (§. XIV. n. f.) deferens a iuramento calumniae immunis non est.

g) L. 34. §. 4. D. de iureiur. L. 9. C. de reb. cred. L. vlt. C. de fideicom.


b) laudatus ORTHIVS c. l. p. 776. sq.

#### §. XVIII.

##### QVATENVS MORS HABEAT VIM IVRISIVRANDI IVDICIALIS?


Vt mors illius, cui iuramentum *iudiciale* delatum est, ante praestationem contingens, sit loco iurisiurandi, secundum ius commune tria plerumque, &, ex mea sententia, recte quidem, requiruntur, integritas nempe vitae, serua oblatio & impeditio aduersarii: nec sola oblatio ad iuramentum sufficiens habetur *i*). At iure *patrio* solam oblationem ad iurandum efficere, vt iusiurandum, morte secuta, pro praestito habeatur, multi sibi persuadent, argumentum sumentes ex statutorum §. XII. *cit. tit.* *Trüge sich auch zu, daß Kläeger, oder Beklagte, dem also der Eydt gerichtlich were zu ertheilt worden, und er sich denselben zu leyden erbotten hett, innerhalb solcher*





cher Bedenckzeit mit Todt abgienge: so soll dasselbig  
 sein erbieten darfür gehalten werden, als hett er den  
 Eydt würcklich erstattet. Sed inuito iure hoc statui  
 equidem non ambigo. Etenim textus citatus loquitur  
 vnice de iuramento *neccessario*, *suppletorio* scil.  
*decisorio* & *purgatorio*, vti non solum verba indicant,  
 sed & series totius dispositionis demonstrat. Et  
 praeterea dispar omnino causae status est in iuramen-  
 to *iudiciali* & *neccessario*.

- i) STRYK *diff.* de morte loco iurisiurandi. COCCII in iur.  
 controu. L. XII. T. II. quaest. 40. LEYSER Sp. 144.  
 m. I. WERNHER P. X. obs. 455. MOLLENBECK. de  
 arbitrio & potestate iudicis circa iuramenta Cap. V. §. 6.



CAPVT TERTIVM  
 DE EO QVOD IVSTVM EST CIRCA DE-  
 LATIONEM IVRAMENTI NECESSA-  
 RII SVPPLETORII.

§. XIX.

IVSIVRANDVM SVPPLETORIVM.

In processu *generatim* is dicitur *probare*, qui  
 de facto controuerso reue dubia iudici, pro sua in-  
 tentione legitime facit fidem. Qui *primo loco* id facit,  
 in




in *stricto significato probare* (Beweis): qui *secundo loco* s. qui probationi aduersarii contrariam opponit: *reprobare* (Gegenbeweis) dicitur. Idem valet in *processu summano de demonstratione* (Bescheinigung) & *redemonstratione* s. *contrademonstratione* (Gegenbescheinigung). Reprobatio fieri potest *duplici modo*, vel *directo contrarium eius*, quod alter *probare* voluit, deducendo, vel *per consequentiam*, mediante *exceptione* aut *replica*, aduersarii intentionem destruendo *k*). Ordinarie *probat actor*, & *reprobat reus*. Aliquando vero *inuerſa est causſae facies* e. g. in *actione negatoria* & si reus *litem affirmatiue* contestando *exceptionem peremptoriam* opposuit. Ex his *notionibus* sequitur, vt *reprobatio plerumque euentualiter tantum necessaria & subsidiaria* sit, nimirum ad *destruendam probationem l*). Haec si deficit, nulla *reprobatione* opus est, secundum *regulam iuris m*): *actore non probante reus absolvitur, licet hic nihil reprobauerit*, quae vero *largius pronuncianda est in hunc modum: si is, cui probatio incumbit, nihil probat, obtinet aduersarius & secundum hunc iudicatur, licet nihil reprobauerit*. Nunc vel *vna tantum pars litigans de re dubia iudici fidem fecit*, vel *vtraque*, vel *neutra*. Si *posterius*, modo *adducta regula iuris applicanda est*. Si *prius*, tunc vel *solus probaturus praestitit*, vel *solus reprobaturus*. Si *solus probaturus*, vel *plene probauit*, vel *plus quam semiplene*, vel *semiplene*, vel *minus quam semiplene*. In *primo casu pro probaturo*

D

sen-





sententia fertur, nec opus est vlllo nefsario iuramento n): In *secundo* & *tertio*, probaturus imperfectam probationem iuramento suo *supplet*: In *quarto* aduersarius iuramento se *purgat*. Eadem distinctio suo modo adhibenda est; si *solus reprobaturus* iudici fidem fecit. Sed mirum hoc alicui videri posset, quoniam ipse docui *reprobationem* tantum, *euentualiter* esse *necessariam*, reprobaturumque obtinere, licet in reprobatione nihil praestiterit, ideoque absurdum fore vel ad supplendam, vel ad elidendam reprobationem iuramentum deferre: & quia praeterea expedita veritas est, quod actor condemnari non possit, etiamsi plus fit in exceptione probata, quam in actione instituta o): Verum omne dubium cessabit, si ad *iudicia duplicia* animum aduertis, in quibus & actor condemnari potest p). Restat ille casus, si vtraque pars iudici fidem fecit, nam & ibi res ita comparata esse potest, vt *suppletorio* locus detur. Sed accuratam huius membri determinationem reiciimus in Cap. V. ne eandem rem duplici loco tractemus & separando connexa obscuriora illa faciamus. Accedit, quod Reformatio nostra duplicem hanc visionem itidem seiunxerit, & diuersis locis ea, quae in alterutro casu valent, proposuerit. Hanc interim formamus notionem generalem, quod *iuramentum suppletorium* (*der Erfüllungs-Eyd*) sit *iuramentum* quod *iudex* illi parti defert *litiganti*, pro qua militat *probatio* aut *reprobatio*



*tio semiplena, vel semiplena maior, ad perficiendam probationem vel reprobationem.* Agimus ergo in hoc Capite vnice de illo casu, si iuramentum *suppletorium* decernitur, quando vel *solus probaturus*, vel *solus reprobaturus* iudici fidem fecit. Ceterum litem illam: vtrum iuramentum *suppletorium* in iure Romano fundamentum habeat? iam meam non facio; sufficitque omnino, quod vsus fori legesque germanicae hanc iuramenti speciem agnoscant. Denique & ille error BEYERI *q*) aliorumque, quod *iusiurandum suppletorium* (saltem *actori*, & *purgatorium* tantum *reo* deferatur, diu iam explosus est *r*).

D 2


§. XX.

*k*) Non me latet, esse quosdam *ICTos*, & inter hos praecipue BERGERVM in *El. D. F. Tit. 21. obs. 1.* qui *reprobationem vnice* illam vocant quae probationi *directo* *contraria* s. *contradictorie* opposita est, ideoque probationem *exceptionum peremptoriarum* vel *replicae* *reprobationem* esse negant. Sed communis *practicorum* schola hanc subtilitatem negligit.

*l*) SCHAUMBVRG in *princ. prax. iud. T. I. p. 175.*

*m*) *L. 4. C. de edendo. c. fin. X. de iureiur. Reformat. Francof. P. I. T. XXXIX. §. VI.* *Da aber der Klæger gar nichts beigebracht noch bewiesen, auch der Beklagte nichts bekennt hette, sollen sie sententiam absolutoriam ergehen lassen, das ist, den Beklagten von gethaner Klag (ob er gleich seines Theils auch gar nichts hett bewiesen) ledig erkennen.*






- n) Res per se iam clara, digna tamen habita est a Legislatoribus nostris expressa confirmatione §. X. *Aus dem allem folgt, daß in Faellen, da der Klæger vollkoemlich bewiesen hat, kein Eydt, ob er gleich vom Gegentheil begeret wuërde, solle gestattet, noch er Klæger damit beschwaeret werden.*
- o) HOMMEL in der *Anleitung zum referiren* p. 150. & 164. SCHAUMBURG c. l. p. 301. RIVINVS Tit. XXXIV. en. 16.
- p) KNORR *Anleit. zum gerichtl. Proceß* Cap. XV. §. 4. SCHMIDT in *Instit. prax. iud.* p. 302.
- q) In *delineat. Inst. Lib. IV. tit. VI. n. 128.*
- r) LEYSER *sp.* 142. m. 2. SCHAUMBURG c. l. p. 305.

## §. XX.

## CONDITIONES SVB QVIBVS DEFERTVR.


Iuramentum suppletorium, vt deferri possit, quae requiruntur secundum ius commune, plenius docuit MYNSINGERVS s) quem plerumque DD. ad tit. D. de iureiur. sequi solent. Potiora requisita sunt, probatio semiplena aut semiplena maior, persona fide digna, & causa civilis non ardua. Volunt quoque DD., vt eo in casu, si probaturus tantum de credulitate iurare possit, alter vero de certa scientia & veritate iurare paratus sit, huic potius purgato





gatorium de veritate, quam illi suppletorium de credulitate deferatur t). Reformatio nostra u) ita praecipit: Würden aber sie die Scheffen den Handel also befinden, daß der Klaeger seine Klag, oder der Beklagt seine Defension und Gegenwehr nicht vollkommlich, sondern semiplene, das ist, soviel als halber, bewiesen haette, als durch einen untadelbaren beglaubten Zeugen, oder starcke Vermuthungen, oder andere glaubwürdige Anzeigen: So moegen sie demselben Theil iuramentum suppletorium, den Eydt zu Erfüllung der Beweisung, zu ertheilen, und auflegen. Doch daß auch dieselbig Person sonst für aufrichtig und glaubwürdig gehalten seye. In hoc igitur casu, si vel solus probaturus, vel solus reprobaturus, semiplene aut plusquam semiplene, vel artificialiter vel inartificialiter x) intentionem suam probavit, ad suppletorium admittitur, modo sit persona fide digna, integra vitae scelerisque pura. Causam civilem adesse debere, per se patet. Sed num causa illa magna & ardua sit, in hoc casu non attenditur; neque purgatorium de veritate, in hoc casu, substituendum est suppletorio de credulitate. Etenim dispositio in §. VIII. Reformationis nostrae sequens, confundenda non est cum illa, quae in antea allegato §. VII. occurrit, quoniam in §. VIII. casus collisionis probationum supponitur, vt in Cap. V. plenius deducemus. Nunc vero per se manifestum est, diuersissimum esse causae statum, si vnus tantum probavit,





uit, & si *collisio probationum* adest, iudicemque circumspiciorem esse oportere, in hoc quam in illo casu.

s) Cent. I. obs. 68.

t) BERGER in Ref. Laut. p. 503. SCHAUMBURG c. I. p. 305.

u) P. I. Tit. XXXIX. §. VII.

x) Quae probatio semiplena sit, late persecutus est STRYK in diss. de probatione semiplena.

### §. XXI.

#### SPATIVM DELIBERANDI.

Prudenter admodum, & periurii euitandi causa sancit quoque Reformatio nostra y): Da auch die Parthey solcher aufferlegten Eydts halben, ein Bedenckzeit begeren würde: Sollen die Scheffen ihre dieselbig nicht allein mittheilen, sondern auch, da sie vernennen, daß die Parthey sobald, leichtfertiglich, und sonder Bedacht, schweren wolte, dieselbig ermahnen, Bedenckzeit zu acht oder vierzehnen Tagen zu nemmen, sich der Eydts halben wohl und genugsam zu erinnern und zu bedencken, damit sie ihre Seel und Gewissen nicht beschwaere noch in Gefahr setze.

y) c. I. §. XI.

§. XXII.



## §. XXII.

## MORS LOCO IVRISIVRANDI SUPPLETORII.

Denique & mors vim iurisiurandi suppletorii habet, si iuraturus, qui ad praestationem paratum se dixit, intra spatium deliberandi moritur. Sanctio haec est: *Trüge sich auch zu, daß Klæger oder Beklagter, dem also der Eydt Gerichtlich were zuertheilt worden, und er sich denselben zu leyden erbotten hett, innerhalb solcher Bedenckzeit mit Todt abgienge: So soll dasselbig sein erbieten dafür gehalten werden, als hett er den Eydt würrcklich erstattet z).*

z) Reformat. Francof. c. I. §. XII.

## CAPVT QVARTVM.


DE EO QVOD IVSTVM EST CIRCA  
DELATIONEM IVRAMENTI PVR-  
GATORII.

## §. XXIII.

## IVRAMENTVM PVRGATORIVM.

*Si solus probaturus: vel solus reprobaturus (scil. eo in casu, si reprobatio non est subsidiaria §. XIX.) iudici minus quam semiplene fecit fidem, aut si se-  
miple-*





miplena quidem adest probatio, is vero, cui supplementarium imponendum esset, suspicione premeretur, tunc ei, contra quem dicta probatio, aut reprobatio militat, ad illam elidendam defertur a iudice purgatorium iusiurandum (*Der Reinigungs Eydt*); de quo sequentia extant in Reformatione, nostra a): *Es moegen auch die Scheffen dem Beklagten, nach gestalt der Sachen, iuramentum purgationis, nicht die Beweisung darmit zu erfüllen, sondern sein Unschuld zu betheuern, und alles boesen Verdachts und Argwohns sich zu ledigen, aufflegen; quae a iure communi non ablutunt.*

a) c. l. §. IX.

#### §. XXIV.

##### COMMVNIA CVM SUPPLETORIO.

Quae de spatio deliberandi & morte iuraturi, vim supplementarii habente, supra (§. XXI. & XXII.) dicta sunt, ea & ad purgatorium pertinere, ipsa dispositionis verba & series nos docent.



CAP.



CAPVT QVINTVM  
DE IVRAMENTO DECISORIO VBI ET  
QVAEDAM DE SVPPLETORIO  
ITERVM OCCVRRVNT.

§. XXV.

TEXTVS REFORMATIONIS FRANCOEVRTENSIS EX-  
PLICANDVS REFERTVR.


Accedo nunc ad locum Reformationis nostrae vexatissimum, a nemine adhuc recte explicatum, scopolum potius ad quem omnes alliserunt, nempe §. VIII. cit. tit. Sed maioris claritatis gratia necesse omnino est vt & §. antecedentem & sequentem simul repraesentemus.

§. VII. Würden aber sie die Scheffen den Handel also befinden, daß der Klæger seine Klag, oder der Beklagt seine Defension und Gegenwehr, nicht vollkommlich, sondern *sempiene*, das ist, soviel als halber bewiesen hette, als durch einen untadelbaren beglaubten Zeugen, oder gar starcke Vermuhtungen, oder andere glaubwürdige Anzeigen: So moegen sie demselben Theil *iuramentum suppletorium*, den Eydt zu Erfül-  
lung der Beweisung, zu ertheilen, und aufflegen. *Iuramen-  
tum sup-  
pletorium.*  
Doch daß auch dieselbig Person sonst für auffrichtig und glaubwürdig gehalten seye.

E

§. VIII.





§. VIII. So aber jeder Theil seines Fürbringens ansehnliche und starcke Anzeigungen, für sich, dieselben doch nicht vollkommlich bewiesen hetten, also daß beyderseits alles auff Vermuhtungen stünde: So soll nach fleißiger Erwegung der Sachen, und Personen Gelegenheit, dem Klaeger, oder aber dem Beklagten, welcher Theil die staercksten Vermuhtungen für sich, und der Sachen (vermuhtlich) am besten Wissenschaft hat, bey welchem auch sich der Warheit mehr zu ersehen, (welches alles zu Erkantnuß und Ermaessung der Scheffen stehen soll) obermeldt Iuramentum suppletorium, oder aber Decisorium, aufflegen. Doch dasselbig in ganz zweiffelichen Sachen mehr dem Beklagten, (so ferr der sonst, wie obgemeldt, glaubhafftig) dann dem Klaeger.

Iuramen-  
tum Deci-  
sorium.

Iuramen-  
tum Pur-  
gationis.

§. IX. Es mögen auch die Scheffen dem Beklagten, nach gestalt der Sachen, Iuramentum purgationis, nicht die Beweisung darmit zu erfüllen, sondern sein Unschuld zu betheuren, und alles bösen Verdachts, und Argwohns sich zu ledigen, aufflegen.

Illustr. ORTHIVS noster in ea sententia est, quod §. VII. & VIII. de eadem plane re agat, atque iuramentum decisorium in §. VIII. obuium, ipsummet suppletorium sit, neque substantia, neque nomine ab hoc diuersum, sed vtrumque idem. Ego vero in ea haereo opinione, quod §. VII. & VIII. diuersas plane tractent visiones, & quod iuramentum decisorium, cuius mentio in §. VIII. sit,



fit, diuersum omnino fit a suppletorio iuramentum, in iure communi incognitum. Meminit huius loci notatu dignissimi HEINECCIUS *b)*, binisque tantum verbis notauit, dispositionem illam iuri romano plane aduersari, germanico vero vel maxime consentaneam esse.

*b)* in *Elem. iur. germ.* L. III. tit. VI. §. 259.

### §. XXVI.

REFORMATIO NOSTRA IN CIT. §. VII. ET VIII.  
DE DIVERSIS AGIT CASIBVS.


Ex ipsis verbis §. VII. *Daß der Klæger seine Klag, oder der Beklagte seine Defension und Gegenwehr* --- manifestum est, ibi solam semiplenam probationem vel solam semiplenam reprobationem, non subsidiariam, supponi; in §. VIII. vero sermonem esse, vbi minus plena probatio & reprobatio collidit, verba §. VIII. *So aber jeder Theil seines Fürbringens* --- dubitare nos haud patiuntur.

### §. XXVII.

GENERALIA DE CONCVRSV ET COLLISIONE  
PROBATIONIS ET REPROBATIONIS.

Cum vero is casus, quo vtraque pars fidem iudici fecit, varie contingere possit, operae omnino pretium est, varias has visiones fecernere. Aut enim






enim vna pars litigans probavit & altera reprobavit *directo contrarium* s. *contradictorie oppositum*: aut vna pars probavit & altera reprobavit intentioni alterius *consequenter tantum contrarium* (§. XIX.) e. g. reus exceptionem peremptoriam aut actor replicam. In priori casu proprie sic dicta *collisio probationum* adest; non vero in *posteriori*.

### §. XXVIII.

QVID IVRIS SI VNA PARS LITIGANS PROBAVIT  
ET ALTERA REPROBAVIT CONSEQUENTER  
TANTVM CONTRARIVM?

Sumamus *posteriorem* concursus casum, vbi vna pars probavit, & altera reprobavit *consequenter tantum contrarium*. Tunc vel vtriusque argumenta *plenam* operantur fidem, vel *minus plenam*. Si *plenam*, sententia fertur pro parte reprobante. E. g. Actor in actione mutui probavit mutui dationem, a reo negatam, plene, reus vero in reprobatione exceptionem solutionis reprobavit plene. Si *minus plenam*, tunc probatio & reprobatio seorsim consideranda, & intuitu vtriusque vel *suppletorium* vel *purgatorium* decernendum est, nisi iuramentum intuitu *reprobationis* imponatur *suppletorium*, aut intuitu *probationis* *purgatorium*: Priori enim in casu probatio minus plena per consequentiam simul eliditur, vt plane negligenda sit; & posteriori casu per





per iuramentum intuitu *probationis* praestitum *purgatorium*, reprobatio subsidiaria fit superflua. Dabo exempla: Actor probavit mutui dationem semiplene, & reus solutionem minus quam semiplene. In hoc casu ratione *probationis* actor iurat *suppletorium*, & ratione *reprobationis purgatorium*. Aliud: Actor *probavit* mutui dationem minus quam semiplene, reus vero exceptionem solutionis reprobavit semiplene. In hoc casu reus solum iurat *suppletorium* ratione *reprobationis* suae. Aliud: Actor mutui dationem probavit minus quam semiplene, reus solutionis *exceptionem* itidem reprobavit minus quam semiplene. In hoc casu reus iurat *purgatorium* intuitu *probationis*. Haec omnia etiam in foro Francofurtano ita obtinere, res ipsa loquitur, quum Reformatio nostra in his casibus diuersum a iure communi nullibi statuerit.

## §. XXIX.


CASVS COLLISIONIS PROBATIONVM PROPRIE  
SIC DICTAE PROPONVNTVR.

Progredimur ad collisionem probationum proprie dictam (§. XXVII.) casus illius diuersos enucleaturi. Probatio & reprobatio directo contraria vel vtraque est plena, vel vna plena altera minus plena, vel vtraque minus plena, & in hoc casu vel aequalis vel inaequalis,

E 3

§. XXX.





## §. XXX.

I. QUID SECUNDUM IUS COMMUNE IN HIS CASIBUS  
IVRIS SIT? a) SI VTRAQUE PLENA.

Quum variorum horum casuum decisio nos ducat ad rectam & genuinam textus nostri interpretationem, age, illam instituanus tam secundum ius commune, quam secundum Reformationem nostram. Primum locum dabimus iuri communi. Et fingamus vtrinque probationem & reprobationem directo contrariam esse plenam; tunc vel vna altera fortior est aut ex argumentorum, aut causae qualitate fauoreque *c)*, vel aequalis vtraque est. Si prius, fortior vincit. Si posterius, reus obtinet, neque iuriurando necessario locus datur *d)*.

*c)* conf. BOEHMER in diss. de collisione probationum & de collisione praesumptionum, in Tom. IV. Exercit.

*d)* MENOCH in tr. de praesumpt. Lib. II. quaest. 72. n. 13. & Lib. II. quaest. 90. & in tr. de A. I. Q. Lib. II. quaest. 89. LAVTERBACH in coll. th. pract. Lib. XXII. tit. 3. §. 41. BOEHMER cit. loc. Cap. I. §. 16.


## §. XXXI.

b) SI VNA PLENA ALTERA MINVS PLENA.

Si vna plena altera minus plena est, quod illa hanc vincat, ideoque secundum eum, qui plene praestitit, iudicandum sit, dubio vacat.

§. XXXII.





## §. XXXII.

e) SI VTRAQVE MINVS PLENA, VEL AEQVALIS  
VEL INAEQVALIS.

Si denique vtraque minus plena est, vel aequales sunt vel inaequales. Si prius rei causa potior habetur nec iureiurando necessario opus est e). Si posterius, fortior vincit & ad iuramentum supplementarium admittitur. Suppono tamen, quod ex vna parte adsint argumenta probationem saltem semiplenam efficientia. Quodsi enim vtraque non excederet limites probationis semiplena minoris, vna tamen aliquantum superaret alteram, Praetor hanc minimam inaequalitatem, mea quidem ex sententia, haud curabit, secundum reum potius iudicaturus.


e) vid. DD. ad §. excitatos. Iure Germanico in tali collisione res, de qua contentio erat, inter actorem & reum aequaliter diuidebatur. Praeuio tamen vtriusque iuramento. Talis sententia, *Schmitter Urtel*, dicebatur. LVDEWIG in *den gelehrten Anzeigen* T. I. n. 198. PVFFENDORF T. III. obs. 215. §. 75.

## §. XXXIII.

II. SECVNDVM REFORMATIONEM FRANCOFVTEN-  
SEM a) SI VTRAQVE PLENA.

Ius patrium cum communi (§. XXX.) in eo casu, si vtraque probatio est plena, amice conspirare, dubitandum plane non est. Etenim in §. VIII.,  
vbi





vbi de collisione probationum agitur, nominatim supponitur, quod neutra pars litigans argumentis, plenam probationem efficientibus, instructa sit, verbis: *Dieselben doch nicht vollkommlich bewiesen hetten.*

§. XXXIV.

b) SI VNA PLENA ALTERA MINVS PLENA.

Etiam in illo casu, si vna plena altera minus plena est, ius patrium a communi (§. XXXI.) haud recedere, ex eadem ratione persuasum mihi est.

§. XXXV.

c) SI VTRAQVE MINVS PLENA VEL AEQVALIS  
VEL INAEQVALIS.

In eo vero casu, si vtraque minus plena, vel aequalis vel inaequalis est, tunc secundum Reformationem nostram vni parti litiganti ad perficiendam probationem vel reprobationem imponendum a iudice est iusiurandum, nec simpliciter rei causa potior est f).

f) Fortassis occasionem huic legislationi dedit L. 31. D. de iureiur. vbi CAIVS refert: *Solent saepe iudices in dubiis causis exacto iureiurando, secundum eum iudicare, qui iuraverit.* add. l. 3. C. de reb. cred.

§. XXXVI.

HYPOTHESIS, SVB QVA IVSIVRANDVM DEFERRI  
POTEST.

Hypothesis autem, sub qua in eiusmodi casu  
ius-



iusiurandum vni parti litiganti a iudice deferri potest, haec est ex Reformatione nostra: *So aber jeder Theil seines Fürbringens ansehnliche und starcke Anzeigen für sich, dieselben doch nicht vollkommen bewiesen hetten; also daß beiderseits alles auf Vermuthungen stünde.* *Legislatores, ansehnliche und starcke Anzeigen, supponunt; igitur in casu leuissimarum praesumptionum, pro vtraque parte militantium, ex iure communi (§. XXXII.) res decidenda erit, ideoque reus tunc obtinet, nec iureiurando opus est. Ceterum admonendi sumus, in Germania omnem probationem minus plenam sub vocabulo der Anzeigen s. Vermuthungen comprehendi, adeo vt & semiplena probatio, vno teste classico suffulta, ad indicia & praesumptiones pertineat g).*


g) C. C. C. art. 19. 22. 30.

#### §. XXXVII.

CVI IN ISTA HYPOTHESI IUSIVRANDVM DEFERENDVM SIT?

Quinam parti litiganti s. actori, s. reo, sub hac hypothese iusiurandum a iudice deferendum sit arbitrio quidem prudentis iudicis in concreto casu pro causarum & personarum qualitate diiudicandum relinquit Reformatio nostra. Interim officium iudicis his instruitur regulis a): vt deferatur iusiurandum illi, pro quo fortiora argumenta militant b); illi,  
F  
qui





qui exactiorem causae notitiam habet, ideoque is, qui de veritate iurare potest, potior est eo, qui de credulitate tantum iurare valet *c*); illi, qui fide dignior est; si omnia haec in vtraque parte litigante paria sunt *d*), reo iusiurandum deferatur.

§. XXXVIII.

QVO NOMINE EXPRIMENDVM SIT HOC IVRAMENTVM?  
EST VEL SVPPLETORIVM VEL DECISORIVM  
NVNQVAM PVRGATORIVM.

Quale vero nomen imponendum est iuramento vni ex partibus litigantibus sub hac hypothesi a iudice delato? *Necessarium* illud esse per se patet. Verba ita fluunt in cit. §. VIII. *obermeldt iuramentum suppletorium, oder aber decisorium, aufferlegen.* Quae, nisi me omnia fallunt, ita interpretanda sunt, vt iuramentum in hac probationum minus plenarum collisione a iudice vni parti deferendum, tunc *suppletorium* appelletur, si probationes semiplenae aut semiplena maiores collidunt, tunc vero, si probationes semiplena minores collidunt, iuramentum *decisorium* vocetur. Etenim in hoc posteriori casu iuramentum illud nomine *suppletorii* indigitare Legislatores nostri veriti sunt, ne sibi ipsis contradicant, quum in §. VII. *suppletorium* iuramentum non nisi in casu semiplenae saltem probationis deferri posse, disposuerant. Ceterum in hac collisione  
*purga-*



*purgatorium* nunquam obtinet. Pro vtraque enim parte litigante probatio militat, cuius perficiendae gratia iuramentum adhibetur.

§. XXXIX.

SUPPLETORII IN HAC COLLISIONE A IUDICE DELATI DIFFERENTIA A SUPPLETORIO EXTRA COLLISIONEM IMPOSITO.


In collisione probationum *semiplenarum* supplementarium de veritate praefertur supplementario de credulitate, ideoque potior in hac hypothesi est is, qui penitentiorem habet causae notitiam (§. XXXVII.). Sed extra casum collisionis is, pro quo militat probatio *semiplena*, admittendus est ad supplementarium, si vel maxime tantum de credulitate iurare possit, & aduersarius *purgatorium* veritatis praestare paratus sit.

§. XL.

IURAMENTI DECISORII NOMEN ET NATURA.

Iuramentum quod in collisione probationum eo in casu defertur a iudice, si pro neutra parte militat probatio *semiplena*, sed probationes *semiplena* minores collidunt, vocarunt Legislatores nostri *decisorium* (§. XXXVIII.) In superioribus (§. II. III.) adnotauimus varias iuramenti *litis decisorii* significationes, quibus *ICTi* uti solent. In significato enim proprio tria illa iuramenta *voluntarium*, *iudiciale* & *necessarium*, vocantur *litis decisoria*. In significato






vero *speciali* hoc nomen tribuitur *iudiciali*. Igitur iuramento, de quo loquimur, nomen *decisorii* in significato *specialissimo* imponitur, eoque titulo a reliquis duobus necessariis iuramentis, suppletorio scilicet & purgatorio distinguitur. Ceterum hoc iuramentum *decisorium*, quamvis a suppletorio differat, vi tamen suppletorii gaudet, vt probatio minus plena iuramento *decisorio* perficiatur in hunc modum, vt secundum illum, qui hoc iuramentum praestat, iudicetur.

## §. XLI.

## INTERPRETATIO NOSTRA DEFENDITVR ET RESPONDETVR AD ARGVMENTA CONTRARIA.


Verum supra iam dixi *Celeberr. D. ORTHIVM*, cuius summa in ius patrium merita veneror, aliter locum hunc vexatissimum explicare: liceat igitur mihi, pace *venerandi Senis*, aduersus argumenta illius, ea qua decet modestia, mea opponere. Ita lego apud *ORTHIVM b)*: Auch ist von der im §. 8. stehenden benennung „oder aber *decisorium*“, zu bemerken, wie damit eben der erfüllungseid vornaemlich angezeigt werde, weil er von solcher art ist, daß dadurch die hauptsache entschieden, oder wie es tit. 41. §. 4. heisset, abgeschnitten oder abgethan wird und selbiger überhaupt eine allgemeine art von gerichtlichen eiden ist, darunter aber zwei gattungen begrieffen werden, einmahl da ein teil dem andern, im mangel eines genugsamen beweises, diesen eid gerichtlich heimschiebt, um dadurch, wo er vom richter gebilliget wird, die hauptsache zu entscheiden und abzuthun, l 12. C. de iurjur. welcher eigentlich der gerichtliche eid, *iuramentum litis decisorium*, genennet wird, siehe tit. 41. §. 4. und von welchem





chem man im §. 13. f. besonders handelt. Hiernaechst furet auch derjenige eid diesen namen, welchen der richter einer von den partheien aus not und um dadurch ihren unvolkommenen beweis der sache zu bestaercken und ergaenzen, zuerkennt, damit hiedurch die hauptsache entschieden werde, wohin obgemeldeter erfüllungs eid eigentlich gehoeret, l. 31. r. l. 3. C. d. t. LAVTERB. coll. dict. tit. §. 62. 72. und selbiger juramentum necessarium heisset, als auch der reinigungs eid hierher zu ziehen; von welchen verschiedenen eides arten in alter ref. bl. 17. §. 3. f. bl. 18. §. 1. f. diese deutliche erklarung stebet " §. 3. Wo aber der cleger erliche bybrenge gethan hat und doch nit volkomehlich, so ist " not, nach ordnung der recht zum eyde zu kommen, darumb " folget hernach de iuramento liris decisorio, vom eyde der den " Krieg abschnydet. § 4. Wiewol im rechten manicherley eydt " erfunden wird, so vil doch in gemeinen leuffen der gericht geübt " wird, so ist zu wissen, das dreyerley eyde, so den Krieg endet, im rechten erfunden wirt, nemlich voluntarium, giudiciale " & necessarium. §. 5. Das erst jurament voluntarium ist, daß " das usgeding oder uerkomunge der partheyen, so im Krieg hangen, uferhalb des rechtens gestatt wirdet. §. 6. Juramentum giudiciale ist, das ein parthy der andern den eydt gestatt, im " rechten vor dem richter, und der richter daselbe bestetigt. §. 7. " Juramentum necessarium ist, das kein parthy der andern gestatt, " sonder der richter ein parthy zu schweren zwingt, und dieser " eydt necessarium ist drysfeltig. §. 8. Etlicher eydt, ist dergestalt, wirt nit in gebrech der bybrenge dieselb zu erfollen, " sunder dieselb bybrenge von neuem zu thun, wiewol keyn " anzeigunge vorhyn ergangen sey, alsß ist juramentum pro re estimanda, und wirt genant juramentum in litem, alsß in arbitrariis actionibus. Das ander juramentum ist genant purgationis, " das gestatt wirt, in gebrechnuß der bybrenge, nit dieselbe " bybrenge zu erfollen, sunder sein unschuld zu entschuldigen.





" §. 2. Das dritt jurament necessarium vvirrt gestatt in gebrech-  
 " niß der bybrengung, und die bybrengung zu erfolgen, als vviann  
 " ein parthy nit ein gantz, sonder ein halb bybrengung hat,  
 " vvelcher eydt zum zytten dem cleger, auch zum zytten dem ant-  
 " vvrter gestattet vvirrd, nach gelegenheit der hendel, darinn  
 " dann die richter zu ermessen haben, nach ordnungge der rech-  
 " ten, und der lerer vvem solcher eydt zu gestatten sey." vvel-  
 " chem bl. 37. §. 6. darin von unserm eide besonders workomt, hin-  
 " zu zufügen ist, also lautend " Wo aber der cleger ein halb  
 " bybrengung getan hat, darin stat hat juramentum decisorium,  
 " d. i. der eydt so den Krig abschnydet, sol solcher eid gestatter  
 " vverden, vwie obgemelt. — Sed primum peto a lectoribus  
 vt oculis suis vtantur, & inspiciant §. VII. VIII. & IX. Re-  
 formationis nostrae supra (§. XXV.) relatos. Notent in mar-  
 gine cuiusque §. adscripta nomina. In ipso contextu §. VIII.  
 duorum nominum mentio fit, & verbis quidem commatibus  
 distinctis: obermeldt iuramentum suppletorium, oder aber decisio-  
 rium, auffzerlegen. Prioris nomen in margine ideo non expri-  
 mitur iterum, quia relatio fit ad §. antecedentem VII., in  
 quo de suppletorio iam actum erat. Sed cum iuramentum  
 decisorium demum in §. VIII. locum occuparet, nomen illius  
 in margine notatum fuit. Ceterum quod per verba: ober-  
 meldt iuramentum suppletorium, oder aber decisorium, duo iura-  
 menta, a se diuersa, innuantur, luculentissime docent par-  
 ticulae, disiunctiua & aduersatiua, oder aber, vtpote quae  
 coniunctae omnino inducunt diuersitatem rerum, inter quas  
 positae sunt. Nolo iam exspatiari in Lexicographorum campos,  
 loculosque STRAVCHII, WEHNERI, RVDINGERI,  
 SPEIDELII, BESOLDI, & DIETHERRI excutere, atque  
 vim & efficaciam particularum oder aber verbosius exponere.  
 Pronoco saltem ad sensum communem. Id denique non nego,  
 iuramentum suppletorium in allegatis a *Viro Amplissimo* locis Re-  
 for.



formationis nostrae sub nomine *litis decisorii* comprehendi, sicuti *purgationis* iuramentum eodem nomine venit. Sed colligi nequit, quod iuramentum *decisorium* in §. VIII. *ipsummet suppletorium* sit. Potius integer contextus & sensus communis nos cogunt, termino iuramenti decisorii *specialissimum* ibi tribuere significatum, atque, diuersum id esse a suppletorio, affirmare.

g) in den Anmerk. zur Frankf. Reform. letzte Fortsez. p. 771.


§. XLII.

LOCVS PARAPHRASI ILLUSTRATVR.

Quae interpretatio nostra, vt eo clarior fiat, locum veratissimum paraphrasi illustrabimus. So aber jeder Theil seines Fürbringens (directo contrarii) ansehnliche und starcke Anzeigen für sich dieselbe doch nicht vollkommlich bewiesen hetten (ergo vel semiplene, vel plus quam semiplene, vel minus quam semiplene) also daß beydersaits alles auf Vermuthungen stünde: so soll nach fleißiger Erwägung der Sachen und Personen Gelegenheit dem Klæger oder aber dem Beklagten, welcher Theil die staerckste Vermuthungen für sich, und der Sachen vermuthlich am besten Wissenschaft hat, bey welchem auch sich der Wahrheit mehr zu ersehen, welches alles zu Erkantnuß und Ermaessung der Scheffen stehen soll, obermeldt iuramentum suppletorium (in eo casu si vel semiplena vel semiplena maior probatio vel reprobatio directo contraria militat pro illo, cui a iudice iuramentum defertur) oder aber decisorium (in eo casu si vtrinque tantum probatio & reprobatio semiplena minor adest). Doch dasselbig in ganz zweiffelichen Sachen (scil. si argumenta vtriusque partis sunt aequalia, vterque fide dignus est, & vterque eandem notitiam habet, breuiter, si omnia vtrinque sunt paria), mehr dem Beklagten, (soferr der sonst, wie obgemeldt, glauhafftig) dann dem Klæger.

§. XLIII.





## §. XLIII.

COMMVNIA IVRAMENTORVM NECESSARIORVM IN  
 COLLISIONE PROBATIONVM A IVDICE DELATO-  
 RVM CVM IVRAMENTIS NECESSARIIS EXTRA  
 CASVM COLLISIONIS INIVNCTIS.

Ea quae in §. XI. & XII. Reformationis nostrae de spa-  
 tio deliberandi & morte iuraturi, intra hoc tempus secuta,  
 vim iuramenti habente disponuntur, communia sunt omnibus  
 iuramentis necessariis, siue in collisione probationum, siue  
 extra collisionem a iudice deferantur. Ergo repe-  
 tenda sunt a nobis prolata  
 in §. XXII.

F I N I S.













Gel'fen, Diss., 1723

ULB Halle  
005 356 709

3











B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA  
DE EO  
QVOD IVSTVM EST  
CIRCA  
DELATIONEM IVRAMENTI  
LITIS DECISORII TAM SECVNDVM IVS  
COMMVNE QVAM SECVNDVM STATVT.  
FRANCOFVRTENS.

P. I. Tit. XXXIX.

QVAM  
INDVLTV ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
IN ALMA LVDOVICIANA  
PRAESIDE  
D. IO. CHRISTOPHORO KOCH  
SEREN. HASSIAE LANDGR. A CONSILII INTIMIS  
ACADEMIAE PROCANCELLARIO ANTECESS. IUR. PRIM.  
ET COM. PAL. CAES.

PRO  
GRADV DOCTORIS  
RITE ET MORE MAIORVM OBTINENDO  
AD DIEM APRILIS CIOIDCCLXXIII.  
H. L. Q. C.  
PVBLICE PROCERVVM ACADEMIAE DISQVISIONI  
PROPONIT  
AVCTOR  
FRANCISCVS SIEGLER  
MOENO - FRANCOFVRTANVS.

Giffae typis IOANNIS IACOBI BRAVNII, Acad. Typogr.  
recufa MDCCLXXXII.

1773, 18<sup>b</sup> 13

239